

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 6. Bellicæ Henrici IV. expeditiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

patrati severa, & quæ posteritati in **Sæcul. XVI.**
exemplum esset, publica expiatio **A.C 1589.**
fieret.

Præterea spondebat, quod suis subditis dare velit licentiam delegatos e suo numero ad Pontificem mittendi, qui eum de jurejurando præstito, & quas ob causas Henricum Borbonum in Regem elegerint, eique fidelitatis jura-mentum præstiterint, plenius edoceant, ab eoque impetrant, quod utile, ac necessarium rei Christianæ, Regis, regnique incolumitati, ac bono censuerit.

Hæc pacta die quarta Augusti jura-mento firmata tam a Rege, quam potis-simis Proceribus, Belliducibus, qui tum in castris erant, proprio chirogra-pho muniebantur, postea vero in Turo-nensi senatu in tabulas relata, & com-probata: insuper Helvetii Regis stipen-dia mereri promittebant, hancque in rem Henricum IV. adeuntes ab eo per-benigne excipiebant: ipse autem Rex postmodum ad oppidum sancti Clodoal-di contendit, ubi plurimi Proceres, ac Nobiles ex castris Navarrum salutaturi, eumque tanquam legitimum Regem suum veneraturi convenerant.

§. VI.

Bellicæ Henrici IV. expeditiones.

Paulo

Sæcul. XVI. • Paulo post Henricus Rex defuncti Re-

A. C. 1589.

gis corpus, quod Compendium deferebatur, comitatus discesserat, in itinere autem Meulantum, Giffortium, & Claromontium in Bellovacensi agro occupabat, ac postea continuato victoriarum cursu Normaniæ partem cepit, atque ad Arcas prope Dieppam magna clade Maduanum Ducem affecit, eumque non sine ingenti suorum dispendio retrocedere, ac propudosam fugam arripere coegit: interea Parisiensis Senatus tam suo, quam foederati Consilii nomine die septima Augusti in Borbonii Cardinalis favorem edictum promulgari jussit, vi cuius omnes Principes, Proceres, ceterique sollicitabantur, ut eum tanquam legitimum, ac sanguinis jure vocatum Regem agnoscerent, atque in religione Catholica, Apostolica & Roma- na se victuros, & morituros, nec ullo pacto hæreticis opem præstituros jurato sponderent. Biduo post hujus editi tenor Provinciarum Rectoribus significabatur, quibus injunctum, ut juxta illud res suas componerent.

Henricus post publicatum hoc editum veritus, ne Borbonius Cardinalis captus vi eriperetur, eundem Cainonem abduci, necnon Fontenacum in Pictavium transferri jussit, eumque Boulao hujus urbis Gubernatori, cu-

jus

•
e-
e-
i-
n,
ro-
o-
t,
pa-
n-
io-
r-
a-
o-
iii-
a-
o-
m-
re-
in-
a-
lo-
a-
ti-
fi-
ta
i-
is-
o-
in-
ue-
u-
as
jus fidelitas, animique fortitudo satis Sæcul. XVI.
comprobata erat, custodiendum tradi- A.C. 1589.
dit, cumque regiis armis ubique pro-
spera adspiraret fortuna, Augium, &
Gamacensem arcem in Ambianensi a-
gro armis suis subjicit.

§. VII.

*Pater Burgoinus Fratrum Prædica-
torum Prior captus, atque ex-
tremo supplicio affectus.*

Postea Rex Parisinæ civitatis suburbia *Thuan.* § adorsus ea dimidiæ horæ spatio non- *Davil.* t. c. dum evoluto occupabat, ubi inter ca- *Mem de* ptos Edmundus Burgoinus Fratrum *Etoil.* t. 2. Prædicorum Prior thorace indutus p. 9. dimicare deprehendebatur: cum au- tem saepius in suis sermonibus Henrici III. cædem approbasse, imo etiam dete- standum hoc facinus consuluisse convin- ceretur (*) Turonium abductus est, ubi

(*) Nullus omnino probatæ fidei Histori-
cus allegari potest, qui vel unicum factum,
ex quo Burgoinus hujus facinoris suorum ex-
stisile convictus fuerit, juxta legum præ-
scripta comprobatum adducere valuit: quini-
mo ipsem Thuanus Auctor hac in re certe
non suspectus, veritatis pondere pressus de
Burgoino hæc refert: *cum ad supplicium tra-
heretur, magnam constantiam vultu præsetulit,*